



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita P. Balthassaris Alvarez, Societatis Iesv Religiosi

Puente, Luis de la

Coloniae Agrippinae, 1616

Cap. XIX. Probationis ordinem Metinæ constituit eiusdem talenta ad
Nouitios instruendos, eorumque sub ipso feruor

urn:nbn:de:hbz:466:1-43347

& sequenti di mane sanus profecutus est iter suum.

Ex hoc licet intelligere suauem Dei nostri prouidentiam in componendis suis electis, cum aliqua inter eos dissensio esse uideretur, ob diuersos, licet alias bonos, eorum fines: siquidem ex vna parte ancillam hanc suam consolatus est, exaudiens adeo ad nutum eius orationem, ut diximus, ex altera uero parte non fuit illa mora impedimento, quò minus Pater Balthassar inter suum profeceretur ita oportunè, ut foelicem exitum obtineret, ut inferius suo loco referemus.

CAPVT XIX.

*PROBATIONIS ORDINEM,
cum magna perfectione Metinae consti-
tuit. eiusdem talenta ad Nouitios
instruendos, eorumque
sub ipso fer-*
1607.



IN quo Pater BALTHASSAR maximè emineuit, dum esset Metinae, & propter quod notissimus erat, magnique fiebat in Societate, illud fuit, quod primus Probationis, & Tyrociniij ratione & ordinem in hac Castella prouincia cõstituerit,
O 2 post-

postquam à Tolerana fuit separata, ac designata in
 eum finem domo nostra Metinensi, ipsique Patri
 commissis duobus Officijs Rectoris scilicet, ac
 Tyronum Magistri : quò facilius posset, ma-
 ioriquè cum perfectione Nouitiatum ipsum con-
 stituere, quod fecit iuxta omnium vora ac deside-
 ria : eò quòd Deus noster rarum & insigne ta-
 lentum ad id muneris ei communicasset. Et
 quoniam diuina eius Maiestas talem Magistrum
 præparauerat, voluit etiam multos discipulos
 illi tradere, huius disciplinæ valde capaci-
 quare magnum habuit numerum valde Electo-
 rum Nouitiorum, quosdam iuuenes nobiles, &
 raris ingenijs præditos; alios iam maturiores
 & præclarorum ingeniorum; aliquos etiam se-
 lectæ Eruditionis, magnæque opinionis in sa-
 culo: qui tamen omnes coram ipso erant quasi
 infantes cum magna animi demissione ipsum ve-
 nerantes, & in eo spiritualis Magisterij celsitu-
 dinem agnoscentes. Nam, vt ipse Pater in Rela-
 tione sua superiùs posita fatetur, Deus ipsi intel-
 ligentiam dedit, vt cognosceret internam spi-
 ritûs facultatem, sibi & alijs: qua cognitione
 spiritum penetrabat, & virtutem, gradusque per-
 fectionis eorum, quibuscum agebat: capacitatem
 item cuiusque ad proficiendum in statu, ad quem
 peruenerat; & quid illi deesset; & viam, qua
 Deus illum deducere volebat. Ex quo efficieba-
 tur, vt vel ex vnico verbo comprehenderet, quid
 quid Tyrones dicere voluissent: vt videretur
 videre eorum corda; & quidquid in eis ageretur,
 quasi legere.

MODVS autem & ratio generalis Nouitios ad

perfectionem exstimulandi, hæc erat. Primum dabat operam, vt valde illi ad sanctum Orationis exercitium, & cum Deo familiaritatem valde afficeretur, vt qui experientia ipsa optimè nosset, illam esse omnium bonorum spiritualium fontem. Quando primum ad Tyrocinium veniebant, exactissimè Constitutionem seruabat; vt per integrum mensem absque interruptione in cubiculo vno manerent, facientes exercitia spiritualia; instruebatque illos in omnibus, quæ ad internam cum Deo Domino nostro coniunctionem, & familiaritatem spectabant: quos verò prouectæ iam ætatis videbat, & incipientes gustare cœlestem hanc disciplinam, permittebat ad sexaginta, & amplius, dies ita collectos permanere, quò solidius cum Deo constringerentur; & sæculi mores, ac odores omninò exuerent, assuescerentque solitudini, & Orationis recollectioni; ac discerent etiam seorsim viuere, & cum bonis proprijs cogitationibus versari; abijciant memorias, & imagines sæculares. Valde ipsi placebat, quòd Nouitij magna haberent orationis habendæ desideria; & quando ad aliquid extra ordinariam facultatem ab ipso peterent, id esset ad protrahendam diutius orationem, vt cor feruorem magnum conciperet, & Dei omniumque virtutum amore inflammaretur. Quamuis enim præcipuus orationis fructus non sint bona desideria; nihilominus ea ipse magni faciebat, quasi bonorum operum principia. Eos autem, qui talia gerebant desideria, animabat, indicato quodam interno sensu, quam à Deo acceperat, qui erat huiusmodi, si desiderium, quod in nobis sentimus, est à Deo: qui illud plan-

tauit, viam etiam aperiet, vt germinet, & foetum dabit exitum; semen eius est, ipse augmentum dabit: quia eius opera sunt perfecta. Quare si aduertis, eum conferre iam & collocare lapides in aedificio, gaudeas; quia ipse reuera perficiet. Quare non suadebat Tyronibus orationem, tanquam finem, in quo sifterent; sed tanquam praecipuum medium reformationis morum, & passionum mortificationis. Et haec mortificatio secunda res erat, quam studebat illis persuadere; & in qua illos exercebat, praecipue in materia contemptus, vt bene in humilitate fundirentur. Eratque tantus novitiorum feruor, vt contentione quadam occasiones quaerere manifestas, & occultas vt contempnerentur, & pariter, praeseferentes interdum exiguum ingenium, discretionem, eruditionem; aut certe dissimulantes, & occultantes, quod habebant manifestantes autem, quod illos poterat humiliare; tegentes quod honorem adferret. Statim atque defectum aliquem admittebant, publice illum in Refectorio, aut Recreatione, ad quam omnes post prandium & coenam conueniunt, periebant. Petebant, reprehendi ab alijs publice, & occulte; dicique sibi defectus in se ab alijs notatos; petebant facultatem, vt exirent ex domo ad aquam ex fonte, carnes ex macello domum portandas; & similes alias mortificationes, quibus sancti, vt maiori afficerentur punire, utebantur; vestes quaerebant viliores, & leceras; in cibo, quod deterius erat: ad domesticos labores quisque studebat esse primus, nihil reiicientes quod ipsis offerretur; nec de grauiore

reconquerentes; sensus omnes ita frantatos gerebant, vt opus esset, inbere, vt oculos eleuarent, & ad aliquid attenderent; rigor, & seueritas in poenitentijs, & asperitatibus tanta erat, vt necesse esset, eos coercere, ne læderent sanitatem. Denique nouitiatus ille videbatur mundus omnino inuersus, in quo amabatur, & quærebatur, quidquid mundus contemnit; contemnebatur verò, ac reijciebantur, honor, delicia, & reliqua, quæ ille magni facit, & quærit diligenter: interim eos monebat, declinare vias singulares: verum enim feruorem non consistere in adinventionibus nouis quærendis; sed in vijs antiquis absque imperfectionibus tenendis.

A D quæ omnia multum conferebant spirituales exhortationes, quas tertio quoque die Pater ad illos habebat, & conferentiæ, quæ in die intermedio habebantur de ijs, quæ in Exhortationibus essent proposita; aut de alijs punctis, ad profectum in virtutibus pertinentibus. Tanto autem spiritu, & vi ad Tyrones loquebatur, vt pro libitu suo eorum corda commutaret; & ad id impelleret, quod expedire iudicabat, iuxta præsentem occasionem. Ex aliquibus enim recedebant timidi & quasi demisso capite incedentes, ac tristes, nec sibi mutuo loquentes; ex alijs exhibant fidentes, læti valdeque excitati: semper tamen ita dispositi, vt statuerent facere, quæ ipsis dicebantur: adeo ipse omnes difficultates, quæ occurrere possent complanabat; & rationum suarum vi eos impellebat, vt alacriter irruerent, easque calcitrant.

O 4

In eis-

In eisdem etiam exhortationibus serio attendebat, ut illi discerent quae necessaria essent, et cognoscendas sui Status, & Instituti obligationes, & iuxta illud interiora, & exteriora sua reformarent, de quibus in proprio capite paulo inferius agitur. Nec minorem vim, & fructum verba eius habebant, dum priuatim cum Nouitijs ageret, cum singulis semel in hebdomada agendo, die, & hora illis praescripta, qua accederent, ut conscientiae rationem ab eis acciperet; ac vniuersalem exhortationum doctrinam iuxta cuiusque necessitatem accommodaret: & in his priuatis exhortationibus dicebat, praecipuum Magistri Nouitionum munus consistere: consolando scilicet afflictos, excitando, & extimulando eos, qui animo deficerent; egentibus ac tentatis remedium adhibendo, omnes denique ad suum profectum animando. Et in his omnibus singularem habebat in agendo gratiam. Et quando ipsi Tyrones ad suas tentationes aperiendas ipsum accedebant: aliquando, antequam ipse aliquod verbum responderet, tentationes uanescebant, ita Deo disponente, ut maiorem de suo Magistro opinionem haberent, ut hac ratione remuneraret (quod Cassianus de Monachis in deserto existentibus refert) fidelitatem, & claritatem, qua suis maioribus sese aperirent. Alio vel unico verbo prolato, eos sanitati restituere: dum enim ipsi loquerentur, ipse vacabat orationi, aspiciens Crucifixum, quem ante se habebat: & ipse Dominus lumen ei dabat, ut videret quid esset respondendum: suoque responso admirandas in eis faciebat mutationes. Accidit illi casus cum quodam Nouitio, qui in saeculo multis negotijs fuerat implicatus.

Collat. 2. c. 31.

implicatus, & commoda oblata sibi matrimonia reliquerat. Hic, cum semel valde affligeretur molesta quadam carnis tentatione, recurrit, ad suum Magistrum ut illam ei aperiret; dixitque se cupere ad seculum redire, in quo absque pugna adeo importuna, uxorem ducens posset etiam Deo seruire. Audiuit Pater vultu valde composito ac sereno; & caput vertens submissa voce ei dixit: Religiosus & Vxoratus, bonum ne tibi videtur? apage. Nouitius ex eius conspectu discessit; & tota tentatio ita euanuit, ut nunquam rediret.

EODEM spectat, quod referam euenisse mihi, cum primum loquerer cum eodem Patre in tertia Probatione: nam aperiens illi imperfectiones meas quæ multæ erant, in magno silentio me audiuit, oculis pro more in Crucifixum defixis. Cumque omnia retulissem, quæ habebam: hæc tantum verba respondit; id est habere virtutem infantilem, & adhuc non adultam; necesse est eam nutrire, & roborare. & statim conticuit. Et ego recessi hinc confusus & humiliatus, videns aperte, verum esse quod mihi dicebat; inde verò cum firmo animi decreto exuendi infantiam illam in virtute, & mortificandi, quod me à profectu retardabat: admirans etiam, quod tam aptè cor meum penetrasset, & quam paucis verbis remedium applicuisset; quia iudicauit, me humiliationibus potius indigere, quam prolixis rationibus.

ETIAM est mihi certum, Deum D.N. interdum ei reuelasse (ut superius in alijs occasionibus vidimus) cordium Nouitiorum eius secreta: & hoc lumine utebatur ad respondendum eis; aut non respondendum ad eos mortificandos et-

iam habebat in more, ita eos probare, iubens, et
 expectare; & postea, nec verbo dicto, dimittere,
 cum nouerat, eos talentum habere ad huiusmodi
 mortificationes utiliter ferendas. Pater Aegidius
 de Mata, cuius superius facta est mentio, referebat
 in hanc rem duo valde notanda: alterum, quod cum
 Metinam profectus esset, ut secundum Probationis
 annum sub talis Magistri disciplina, & exemplo
 ageret: & ille ad reddendam conscientiae rationem
 diem & horam certam sicut alijs nouitijs assignasset,
 ipseque praescripta hora per septuaginta dies,
 quibus ibi fuit, semper accederet: nunquam tamen
 aliquod uerbum ab ipso habuisse, aut uocatum fuisse,
 quantum aduerteret, ipsum expectare; & propterea
 solum Metinam uenisset, ut de rebus suis cum ipso
 ageret. Septuagesimo igitur die, reuocante ipsum
 Patre Prouinciali, ualedicens pro reditu P. Balthassari,
 conquirebatur, quod in tanto tempore non
 dedisset illi unam horam audientiae, qui tunc
 alijs dedisset. cui P. Balthassar respondit, causam
 cur non dedisset, fuisse, quod sciret, ipsum non habere
 tentationes sibi molestas; alios uero, quos admisisset,
 illas habuisse. Quo responso admiratus fuit P. Aegidius,
 quod ipse nouisset, quid in eius corde ageretur: cum tamen neque illi, neque alijs
 aliquid ipse aperuisset: & his discessit contentus, & ad
 maiorem perfectionem anhelans. Alterum referebat
 idem P. Aegidius, quod Vallis-Oleti accesserit eundem
 P. Balthassarem, ut sua desideria in Iaponiam eundi,
 ad operam suam in Conuersione gentium illarum
 ponendam, aperiret: & cum per duas horas expectasset,
 Paterque ipsum uidisset, noluisse tamen cum
 ipso

ipso loqui, vt eius patientiam, & humilitatē exerceret: redijt igitur vesperi, & iterum fecit eum per duas horas expectare: & tandē cum eius desideria audijset, dixit ei: ne sis sollicitus: si enim Dei voluntas fuerit, vt te in Iaponiā conferas, ex Vrbe veniet à P. nostro Generali ordinatio, vt id facias: & ita re ipsa euenit, sicut P. Balthassar dixerat: nā post aliquot annos ad eam missionem est missus: & tūc recordatus est boni sui Magistri Prophetiæ.

ALIQUANDO etiā, cū Nouitij suas rērationes ac desolationes ipsi aperirēt, nihil tūc ad eas verbo respōdebat; sed iubebat; rem Deo commēdari, & se idem facturū recipiebat. In prima deinde exhortatione, etiā si in genere pro omnibus loqueretur, ita ad cuiusq; cor loquebatur, vt omnes reciperēt sanitatē; & remedia necessitatū, quas ipsi comunicauerāt. Quando autē in eas angustias res redigebatur, vt neq; verba huiusmodi proficerent, solebat Orationum suarū efficacitate remedium adferre, vt ex exemplis capite 16. positis constat.

DENIQUE multò amplius illos excitabat exemplo Sanctæ suæ vitæ: erat enim primus in omnibus rebus ad perfectionem spectantibus: nihil, n. dicebat in suis maximè exhortationibus, q̄ non in ipso viderēt ad viuū practicari: quare totus Nouitiatus ad eò erat rectè ordinatus, ac feruens, vt in tota Prouincia magnam haberet famam & opinionē: & multi Patres graues Metinam veniebant, vt se ibi colligerent, & in spiritu viuarentur: non solum directione & exhortationibus insignis ad eò Magistri; sed etiam, vt feruenti Tyronum illorum exemplo gauderent. Et magnus ille Concionator Pater Baptista Santius, cuius supra meminimus,
in Col-

in Collegio Salmaticensi manens, & memoror
rum, quæ in hoc Tyrocinio fiebant, dicere sol
bat: o si quis haberet vocem quasi tubæ alicuius
quæ in tota Societate audiretur; ac diceret, Me
na, Metina, Metina. quod erat dicere, utinam om
nes videre possent, frui, & in suum usum conuer
tere, quæ Metinæ geruntur. Cuius feruoris fama
cùm Romam peruenisset P. noster Generalis (qu
tunc erat Sanctus ille Franciscus Borgius) cupie
bat (vt postea videbimus) illum Romæ habere
Magistrum Nouitiorum: Quod cùm non succo
deret, dedit operam vt P. Balthassar vtriusque Ty
rocinij, quod postea hæc Prouincia habuit Me
næ, & Villa-Gartia, curam susciperet, ita vt sex
menses in vno loco, & sex in alio maneret, vt suis
exhortationibus feruorem in omnibus Tyroci
bus magis promoueret; quamuis ob temporum
rerum aliarum mutationem neque hoc potuit ha
bere locum.

Sed ne exaggerationi tribuatur, quod de Ty
ronum feruore diximus, illud ijs confirmabo, quod
ego ipse sum expertus, cùm fui Societatem in
gressus paucis mēsis, post discessum P. Balthas
saris ex Tyrocinio Metinensi, vt esset Salmaticen
sæ Rector. Nam, viso feruore illius Nouitiorum,
qui adhuc erat in ea perfectione, in qua vir fan
ctus eo anno illum reliquerat, conqueuit hor
renda quædam interior tempestas, quam sum pal
sus, postquam decreui ingredi Societatem toto
tempore sex mensium, quo distuli desiderij mei
executionem. impellebat enim me magna que
dam propensio, & affectus, quem ad aliam Reli
gionem habueram: quam antea semper, & nunc
etiam

etiam magni facio. Sed quoniam diuina vocatio rationibus, & efficacibus impulsibus me ad Societatem impellebat, tot cogitationum sibi aduersantium fluctibus oppugnabar, & affligabar; & cor meum ita torquebatur, vt cogerer ad campos exire, vt respirarem, & ibi clamarem; ne creparem: persuadens mihi, vtramuis duarum harum Religionum eligerem, fore mihi æqualem per totam vitam cruciatum: nam in vnam ingressus, cruciassent me cogitationes quasi eam eligendo errassem; & melius fuisse, si aliam elegerem. Sed quoniam tempore orationis & quietis, & cum in Dei conspectu me collocabam, semper hæc cogitatio mihi occurrebat: eius voluntatis esse, vt Societatem ingrederer; tandem ingressus sum non sine magna difficultate ac repugnantia. Sed veniens ad hoc Metinense Tyrocinium, intra paucos dies videns quàm serio Tyrones illi mundum calcabant, seque ipsos contemnebant, & mortificabant; quantoque studio Christum D. N. sequebantur, consilia eius Euangelica tanto feruore amplectentes: adeò contentus, & quietus mansi Electione illa, quam feceram; vt per Dei misericordiam, neq; in ipso Nouitatu, nec extra illum amplius motum vllum tristitię, aut poenitudinis senserim: imò nescio, quo spiritu talis mihi insedit imaginatio, quod si vel octo annos vitę haberem, & eodem modo viuerem sufficeret, vt magnus Sanctus euaderem. Et reuera ita est, quod si fraudum huius sæculi reiectio, & spiritus feruor, quę Deus multis ex nostris Tyronibus communicat, in eis perduraret, & eodem passu pergeret, nec studia aliaque ministeria eos retardarent, aut retroce-

trocedere cogerent: euaderet non utcumq; Sancti
fed valde in sanctitate excellentes. Hæc dixi
tanquam testis oculatus confirmarem feruorem
qui tunc in illo Nouitiatu vigeat.

CAPVT XX.

*ALIQVI VALDE INSIGNE
ac feruentes Metinæ Tyrones. Et rece-
sentur quedam notatu dignissima
fratrum Francisci Godoy, &
Antony Padilly.*



V o tempore P. Balthassar
ctor & Magister Nouitiorum
erat Metinæ, erat etiã Salma-
ticæ P. Martinus Gucierius
ctor & concionator (cuius po-
stea faciemus mentionem) cu-
etiam Deus D.N. altissimũ de-
dit Orationis donum, cum magna vi & efficac-
tate verborum: ita vt rationibus, quas adferrebat,
conuinceret, ac ligaret intellectus audientium
quod ego ipse adhuc sæcularis, & studiosus Theo-
logiæ Vallis Oletæ animaduerti. Ingressus enim
die quodam domũ nostram professam, vt concio-
nem audirẽ, nesciẽs quis eam esset habiturus: fuit
autem prædictus Pater: & paulò post, quàm audire
inciperem, nesciẽs quis esset, aut quĩ vocaretur,
ad eò obstupui spiritum illum, & efficacitatẽ, qua
loquebatur, vt intra me ipsum dixerim, & nescio
an etiam ore protulerim ductus interno sensu, quò
in corde